

Stilus Romane Curie incipit.

Vplex est modus deuoluendi siue trahendi causas ad Romanam Curiam ut in ipsa curia tractentur. Vnus per commissionem factam in curia cum potestate citandi et isto modo inter beneficiales et non beneficiales nulla est differentia postquam commissi sunt nisi in diversitate modi procedendi et obseruatione terminorum put infra dicitur licet leuius et facilius cause beneficiales et non deuolue per appellacionem comitantur in curia quam alie et inter alia citius spirituales et ecclesiastice quam pphanas et inter pphanas citius ille que uertuntur inter clericos quam inter laicos sed postquam placet pape nulla est differentia nisi in modo procedendi et obseruatione terminorum ut infra. Alius est modus deuoluendi per appellacionem Et in isto modo est magna differentia inter beneficiales et non beneficiales per quamcunque appellacionem interpositam ad sedem apostolicam deuoluuntur ad romanam curiam dummodo dicta appellatio interponatur in presentia appellati uel eius procuratoris specialiter in causa illa constituti uel quocumque modo intimitur appellato uel procuratori predicto data sibi scriptura autentica uel plecto sibi tenore appellacionis cum copia sibi tradita alioquin in absentia appellati uel procuratoris talis appellatio intimanda est in domo habitationis appellati uel si domus est in remotis in ecclesia cathedra licet eius ciuitatis uel diocesis cuius est beneficiu de

De modis deuoluendi causas ad Romane Curie

1^a p Commissionem



2^a p Appellacionem

&

Romane Curie

• N • S •

In ca beneficali

quo agitur et utroque casu nichilominus in ecclesia
uel beneficio de quo agitur. et hoc uerum esset nisi
motus appellati uel suorum tunc enim sufficit quod in
timatio fiat in loco publico de quo uerisimile sit
quod ueniat ad notitiam appellati. It em est sciendum
quod si aliqua appellatio uel citatio debeat insinuari
alicui habenti parrochiale ecclesiam uel aliud benefi-
cium curatum requirere residentiam de iure. tunc in ab-
sentia appellati uel citandi sufficit quod fiat intima-
tio uel citatio in ecclesia cathedrali et in ecclesia si-
ue beneficio curato et non in aliqua domo habita-
tionis. Alie uero cause non beneficiales siue sint
spirituales et ecclesiastice ut de usuris decimis mri-
monio et similibus. siue inter clericos siue inter lai-
cos uia appellatiōis duntaxat non deuoluunt ad Ro-
Cu. nisi secundum formam distinctionis infrascripte. aut
eni appellauit ante finem diffinitiuam aut post. Si
appellauerit ante. aut appellatio non est accepta a
iudice. uel approbata a parte. primo casu aut ter-
minus fuit statutus ab homine a iudice uel a parte et
tunc sufficit quod appellatus mittat procuratorem ad
agendum et defendendum in curia nec in talia uir-
tute appellatiōis procedi potest nisi de speciali manda-
to pape committeretur cum potestate citandi in curia
et decreta citatione et executione reproducta non
ui appellatiōis sed ui citationis procederetur. aut
terminus fuit statutus ab homine. et tunc iterum di-
co quod si casu proximo si appellatio est accepta a iudice
uel a parte approbata. aut nullus terminus fuit sta-

h. i. i. 400368

tutus ab homine et tunc sufficit mittere procurato-
rem ad expediendum articulum grauaminis. et eo ex-
pedito in negotio principali procedi potest. sed bene in
grauamine. aut terminus fuit statutus ab homine et
appellatus petit quod persone principales uenissent cum
iuribus et munimentis ad Ro. Cu. ad totam causam
Et cause per talem appellatiōem censentur ad ro-
manam curiam deuoluite ad finem ut in negotio prin-
cipali per audientiam contradictarum possit procedi
aut appellatus hoc modo non petit et tunc tantum
modo deuolutus est articulus grauaminis. nec in ne-
gotio principali illo finito uia appellatiōis procedi
possit. Et sic tantum uno casu appellatio ante sen-
tentiam deuoluit negotium principale ad curiam.
Itaque in illa absque aliqua alia citatione procedi pos-
set in curia per audientiam contradictarum contra
absentem. scilicet quando appellatio recepta est a iudice
et a parte. et terminus statutus ab homine. et pe-
tito per appellatum quod appellans ueniat cum iuribus
et munimentis suis totam causam concernentibus
et ille modus raro accidit. Si autem est appellatum
in huiusmodi causis non beneficiabilibus a diffinitiuam tunc
aut appellatio fuit acceptata a iudice uel approba-
ta a parte uel non. Primo casu siue terminus fuit
statutus ab homine uel non causa est deuoluta per
appellatiōem. Itaque per audientiam contradicta-
rum contra absentem procedi posset etiam in ne-
gotio principali. Secundo casu. scilicet quando non est ac-
ceptata a parte non est causa deuoluta ad curiam.

*quod app. an. suam
deuoluit totam causam*

ita q̄ per audientiam contradictarū procedi pos-
sit in negotio principali. sed sufficit mittere pro-
curatorem ad impetrandum et contra dicendum.

In causis deuolutis modus procedēdi in curia.

Postq̄ autem in Ro. Cu. per uiam appellatōis
ita ut in ea tractari debeant deuolute sunt cause
Hoc modo procedendum est. Et primo cōmitteren-
da est causa appellatōis et negocij principalis ali-
cui auditori uel iudici et presentata cōmissione ca-
die iuridica in audientia uel sequenti producat
appellatio coram iudice si habetur. alias uerbo de-
tur. et absq̄ hoc secundū modernam praxim
licet olim secus erat. q̄ pronuntiat auditor causā
esse deuolutam. petatur et obtineatur pars citari
per audientiam contradictarū ad dicendum cōtra
cōmissione. et iura s̄mōi obtineatur si in grauami-
ne proceditur siue sit beneficalis siue non ad im-
pugnandum et iustificandum ad primam diē. Si
uero in negotio principali pars uellet procedere tūc
si causa est beneficalis tunc est procedendum iux-
ta reformationem Martini pape. v. s. ad libellā
dum ad primam. ad iurandum de calumnia ad pri-
mam. Etiam de iure si aliqua partium uelit
abbreviare tunc in termino ad libellandum poterit
iurare de calumnia. caueat tamen ut rō remittat
expresse iuramentum alteri parti. sed tantum ta-
cite. quia tacita ualet expressa nocet. Et ideo pro-
curator sit attentus quando iurat in termino ad

libellandum q̄ aduilet notarium q̄ scribat hoc iu-
ramentum expresse per eum aduersario remissus
Deinde ad articulandū ad. xii. diē. ad dicendū
contra articulos ad secundā diē. ad dicendū contra
producta ad secundā diē. ad declarandū ad pri-
mā diē. Et si aliquę declarationes dentur facto
ad dicendum contra eas ad primam diē. et dein-
de ante lapsum termini ad dicendum contra arti-
culos. articuli ad probandum admitti. possunt uo-
cata ad hoc parte factis probationibus si ē actor
uel si est reus et actor probauit. factis decisio-
bus et defensionibus contrariis reuoluntibus. ul
si nihil probat actor. etiam si reus nihil pbauerit.
ut certus sit de absolutoria s̄niapote est peti cōclu-
ck ad statim. Postmodum dum iudex fuerit deis
beratus potest ferre s̄niam. Et licet conclusio in
beneficialibus nō sit de substantia tamen s̄tiluscu-
rie habet q̄ semper concluditur etiā in beneficalis
bus et aliis s̄maris causis. tenet tamen sentētia
sine tali conclusione nec ad hoc s̄tilus contradicte
Et quo ad istam materiam admissiois articuloꝝ
uel exceptionis aut aliarū materiarum p̄terq̄ q̄ d̄
cōclusionē dictum est. tamen illa in causis pecunia-
ris siue prophanis sit de substantia. idē in talibus
causis ordinariis siue prophanis seruetur.
Item in secunda instantia omnes termini p̄dicti
ad primā diē seruant excepto termino ad articulā-
dū q̄ seruat ad. viii. Et eodē mō in tertia instātia
depto termino ad articulandū qui seruetur ad. vi.

**Modus seruandus in beneficiis
deuolutis per commissionem.**

Item eodē mō seruantur termini in causa beneficii quando causa est deuoluta per commissionem cū ptate citandi in curia et extra et facta executione in partibus. que executio eodē mō fienda ē quo appellatio interponenda scdm formā cle. cā. m. dempto q̄ in hoc termino nō oportet producere iura deuolutionē facientia. sed reprodicitur citatio facta uel uerbo cum eius executione. et deinde citetur ps ad dicendū cōtra commissionē citatōz et eius executionē. deinde ad libellandū ad primā diē ut supra 2c. taliter q̄ si sint ambe partes sufficēter fundate per se uel suos pcuratores tunc pceditur contra eos. alioquin pars presens pcedat per audientiam contradicēz contra absentē si est causa deuoluta ut supra 2c. et hoc idē seruat in causis nō beneficiis de quibus supra

In causis nō beneficiis per commissionem.

In causis uero nō beneficiis. aut ille sunt dē decimis. mrimoniis. uel usuris. procedendū est ut in causis beneficiis mō quo supra dictū est. quo ad terminos sed nō quo ad deuolutōz ut etiā p̄dictū est. Aut ille cause sunt pphane et tunc si appellatōe sunt deuolute mō quo supra fertur. omīsa cā. pducatur appellatio uerbo uel facto. et citabitur ps ad dicendū cōtra commissionē et iura pro

deuolutionē cōe facientia ad primam diē. Si xpo est deuoluta per citationē executam tunc illa citatione cū eius executione reproducta facto uel uerbo citabitur pars ad dicendū cōtra cōm. sioz citationē et eius executionē ad primā. et deinde ut roq̄ casu deuolutōis hmoi termino primo seruato ad dicendū extra deuolutionē uel executionē citationis citabitur ps ad libellandū scdm antiquas practicā ad. viii. diē. sed secundū modernā q̄ mixtim cū antiqua seruat ad libellandū litē contes. et de calumnia iurandū ad. viii. diē in quo termino dabitur libellus. et citabitur pars ad respondēduz libello et litē sup libello testandā. et iurandum dē calumnia. ad primā diē. sic nec ut ita fiet citetur ad idē tertio sub pena excōis ad secundam diem. sed ne tunc citetur quarto et de sup habundanti. ad idē ad primā. si tunc libellans affirmat narrata in suo libello fore uera et petita in eo fieri debere ante litē contes. Et nisi tunc aduersarius det exceptiones releuantes nisi libellus de se sit ineptus compellatur respondere. alioquin excōicabitur. exceptiones aut que possunt opponi ad litē contestādam sunt tantū tres. s. de re iudicata transacta. 2. finita. etiam exceptio que reputatur anormala opponi pōt ad impediendū litē contes. Si uero iudex cause cōpellat ad respondēduz libello quia est ineptus uel quia obstant exceptiones tue et tunc nō respondēas nisi metu excōis. et simili metu durate iuris dē calumnia. et deinde appelles ab illa cōpulsioe }
}

metu excōis ad respondendū libello facta. 2 in ea
su quo date fuerint exceptiones. et admissio
petita exceptionū. appellari potest a nō admissio
ne et dictarum exceptionū repulsione et cōpulsi
one hōi cōiunctim et diuisim. et sic diuisim ap
pellari pōt a tali nō admissione etiā ante compul
sionē talem. Et si tibi placet prosequi grauamen
et recedere uelis a iudice qā forsan tibi suspectus
est uel aha de cā facias cōiunctim cōmitti cāz ap
pellationis ab hōi grauamine unacū toto negotio
pripali in forma qua infra et licet appellatio qā
est legitima cōmittatur unacum negotio pripa
li non uenit negotium pripale nisi quando euen
tum grauaminis tales sepe obtineant cōmissiones
quando processus est coram iudice qz in omnem
uentum maneat iudex.

Commissio Grauaminis

Cōmissio uero in cā grauaminis hōi termin
seruentur sicut in aliis quorumcūqz grauaminu in
f. ad dicendum contra cōmissionē ad primā diem.
et ad dicendū cōtra appellationē ad primā diē qua
re petēda est in termino quo causetur cōtumacia
nihil dicentis contra cōmissionē. et deinde ad im
pugnandū et iustificandū ad primam diē in quo
termino semper datur petitio ad minus uerbo pe
tendo pronuntiar bene appellatum et male pces
sum. Si uero est appellatum e contra. s. bene pces
sum et male appellatum licet cautius fit et utilio
qz in illo termino ad impugnandū et iustificandū

detur primo petitio facta 2 post terminum ad im
pugnandū et iustificandū altera ptiū pōt citari
ad uidendū intaberi ad primā diē uel ad statim.
et predicta a grauaminibus quo ad terminos pce
dunt quando appellans prosequitur cām appellati
onis. s. si appellatus prosequitur eam ille poterit
quando citatus est ad dicendum contra cōmissiōz
consentire in iurisdictionē impugnare nō possit ac
prestare consensum expōsse uel tacite 2 in illo ter
mino repetere appellationē pti aduersi inquantū
p pte sua et contra pte aduersam. et inquantū fa
cit contra se excipere generaliter contra eam 2 ob
tinere ad impugnandum 2 iustificandum ad primā
diem quem terminum seruet ut supra.

De prima instantia.

Deinde continuando terminos in negotio prip
ali si grauamine miscetur et expeditum est p
soniam interlocutoriā que transiit in re iudicatā
uel qā ab ea nō est appellatū uel p. x. dies appella
tur. tūc citet p. ad articulandū in prima instan
tia. ad xv. diē ad dicendū cōtra articulos. ad viii. diem
ad declarandū ad octauā diē. ad dicendū cōtra de
claratōz si q datur ad viii. diē al's nō. deinde pōt
peti cōcludi. 2 hoc si est reus et aduersarius. 2 actor
nō pbat. uel si actor pbatit 2 i cāis pecūiaris siue
p ptiāis quādo pserti qz timet cōmissiōz p testes
tūc iuste p cōclōne 2 deliberato iudice psonia.

de Secunda instantia.

Postqz in prima instantia appellatū ē 2 cā appella

tionis commissa citabitur pars ad dicendum contra commissio-
missionem ad primam diem. et si placet appellato
statim potest facere citari partem ad libellandum ad
secundam diem aliter poterit excipere contra commissio-
sionem uel non excipere. et termino adueniente que-
libet partium potest dare libellum. scilicet appellatorem peten-
do continuare sententiam et petendo bene processum
pronuntiare et male appellatum ita quod iudex non bene
pronuntiauit iuxta petitionem suam illud potest tunc
addere in libello suo appellans uero poterit petere
contrarium et dare petitionem illam quam dedit in
prima instantia. et deinde citabitur pars ad respon-
dendum libello et litem contestari. etiam ad primam diem
in illo termino accusabitur contumacia non respon-
dētis libello et hanc cautelam teneat uolens prosequi
iudicium quia si pars altera est absens a iudicio non
requiritur litem contestari. in secunda instantia ubi fa-
cta est in prima. secus si est presentis. teneat ergo ta-
lem ordinem uolens continuare iudicium et accele-
rare quod in illo termino uadat quo alia pars non est pre-
sens. et seruet terminum et tunc citetur pars ad
iurandum de calumnia in eodem termino sicut su-
pra dictum est. deinde ad articulandum ad octiduum di-
em. ad dicendum contra articulos ad secundam diem.
ad producendum omnia. ad secundam diem. ad dicendum
contra ad secundam diem. et ad dicendum contra
declarationes si que sint similiter ad secundam diem.

De tertia instantia.

In tertia instantia omnes termini seruantur ad

idem dempto termino ad articulandum qui serua-
tur ad octiduum diem. et teneatur cautela in termino
ad libellandum et respondendum libello ut dictum
est in secunda instantia.

In causis nullitatum.

In causis nullitatum. scilicet quando committitur et pe-
titur annullari aliquis processus uel sententia uel alius ex-
tra iudicialis actus. tunc si actus est iudicialis et
nullitas constat ex eisdem actis et tunc commissio
causa et citata parte ad dicendum contra commissio-
sionem non requiritur plena observatio terminorum
secundum naturam cause. Velsi causa est beneficiaria
uel sumaria uel alia de quibus supra proceditur ut
dictum est. Et est notandum quod iudex uel auditor cui
commissio est causa appellationis a diffinitiva potest
cognoscere de nullitate sententie. licet hoc non exprime-
tur in commissione sibi facta. secus in iudicio appel-
lationis a grauamine uel interlocutoria cautum ta-
men est quod semper exprimat in commissione.

De causis Restitutionis.

In causa restitutionis que de iure peti debet
infra quadriennium ut petitur restitutio in integrum
aduersus aliquem actum. et hoc principaliter uel
incidentaliter uel petitur restitutio ad appellandum
uel etiam incidentaliter uel in integrum aduersus
sententiam et mittere iudicium rescindens et non restitutum.
et tunc citetur pars ad dicendum contra commissio-

nem dantur articuli si petantur secundū viā iuris
cōmunis deducētur. casum esse quo restitutio cō
ceditur et per viam cōmissionis de gratia petite
et concessa. tunc deducantur articuli uerificatōis
pro uerificatione cōmissionis. et ps citetur ad di
cendum contra articulos ad primā diē. accusata cō
tumacia in illo termino petantur articuli et produ
cantur iura uel testes secundū materiā subiectā.
Et est sciendū circa hoc qd petens restitutionem
semp̄ anteq̄ restituatur debz dēcere d̄ aliquo suo
iure uel interesse uel saltem summarie de lesione.
Item deinde factis probationibus super articulis
petatur restitutio in integrum cum negotio prin
cipali. quod fieri pōt de iure et utile est. fieri. ser
uandi sunt termini ad longum scdm naturā cāe.

In causis desertionis.

In causis desertionis. s. quādo aliq̄ appellatio a
diffinitiva snia nel interlectoria dicitur deserta
et tunc si deserta est in manibus domini auditoris
cui cōmissa est 2c. tunc requiritur noua cōmissio.
super desertione al'is nō requiritur noua prouisio.
Qua facta et presentata citetur pars ad dicendū
contra. ad secundam diem. et lapso illo termino ci
tetur pars ad faciendum fidem de diligentis p̄se
cutionis appellationis primo ad primam diem. et
deinde si nō docuerit de diligentia predicta citez
ad idē tertio et q̄rto. et tūc iudex habet opiniōez
an ueht cōfirmare uel p̄nūciare tantū sup̄ desertōe

In causis attemptatoꝝ taxatio expēlatū.

Item nota qd expense nunq̄ petuntur taxari ni
si quādo sunt tres snie late. uel quādo prima trā
sunt in rem iudicatam. 2 tunc iudex qui tulit se
tentiam uel surrogatus eius debet taxare expen
sas. et parte uocata ad statim uel ad primam diē.
Et non taxentur expense in ro. ru. nisi pro com
missionibus simplicibus nō consistorialibus. p̄ cur
soribus. pro procuratoribus. advocatis 2c. et iste
expense peti debent et taxari per cedulas scdm
ordinem romanorum pontificum. et quando una
uel due snie late sunt in partibus. uel qd ps uult qd
unus auditor taxet omnes expensas hoc obtineat
per cōmissionem

In causis beneficalibus.

Item sciendum est qd in causis beueficialibus
2 sūmaris non sunt nisi quattuor termini substā
tiales. s. ad articulandum. ad dicendum cōtra ar
ticulos. ad produccendum omnia. et ad dicendum
contra producta. aliorum terminoz cōmissio non
reddit processum nullum. In prophanis tamen nul
li alii termini sunt substantiales ultra predictos
quattuor. s. ad libellandum. ad respondendū libello
ad litem contestandam. et etiam ad concludendū.

De Grauarine.

Item nota qd quando in ro. cu. alicui auditori

Item substantiales

Item in prophanis

commissum est aliquid grauamen. puta. quia appel-
latum est de partibus uel auditore camere ad curi-
am. et comissa est causa appellationis grauaminis
unacum negotio principali. quia tunc de more cu-
rie licet sit contra ius quod iudex appellationis in cu-
ria etiam si pronuntiat male appellatum non tamen
reuertitur causa ad priorem iudicem sed retinet
eam decernendam. uel quando causa grauaminis et
negotii principalis est aduocata ab uno et comissa
alteri. uel quando appellatum est a grauamine et in
terlocutoria et diffinitiva. alias uni comisse sunt.

In causis attemptatorum.

In causis attemptatorum que sunt post appella-
tionem uel lite pendente semper requiritur noua
commissio si occurrerit talia attemptata post com-
missionem primam. quia pluraliter commissiones et
scripta non extendunt se ad actiones excusatas.
seu creatas lapsio termino ad dicendum contra com-
missionem qui est ad idem dantur semper articuli
attemptatorum. et citetur pars ad dicendum contra
articulos et faciat probationes per testes uel instru-
menta. deinde illis factis non requiritur obserua-
tio terminorum nisi petitio detur.

In causa reductionis

In casibus ubi petitur reductio contra aliquod laudum
per arbitros ad arbitrium boni uiri. si est causa beneficii
uel sumaria seruandi sunt termini ut supra dictum est

Et nihilominus ultra hoc dandus est libellus conclu-
dens iniquitatem et reductionem secundum dispositionem
iuris. Si uero causa uel negotium in qua petitur reductio
non est beneficii uel sumaria tunc seruandi sunt
termini sicut in causa ordinaria uel pphana et est
lis contestanda.

De remissione ad partes

In causis ubi petitur remissio decerni ad partes
expediatur commissio sub plumbis. et quando decre-
ta est remissio citetur ad primam diem ad concordan-
dum de loco et iudice in quo termino fiat concor-
dia de uno uel pluribus iudicibus deinde citentur ad
dandum interrogatoria ad primam diem et tunc in illo
termino petuntur articuli parte uocata et si para-
tum habent portitorum iuret tunc portitorum uel alius
cum occurrerit parte tamen semper ad hoc uota uel presentia

Practica circa remissionem.

Item circa istas remissiones sciendum est quod in
re. cu. habetur uua decisio ad hoc quod iudex potest re-
missionem decretam sub plumbis papali expedire sine
comissione et etiam commissarius suus in partibus potest
subdelegare uices suas quando talis remissio expedi-
t sub plumbis papali et tunc recepta commissione iudex
quod decreuit eam non potest de ea cognoscere nisi fiat com-
missio noua et illa fiat sub forma binorum alius causa tamen
pedete iter tales iudex decreuit remissionem per appella-
torem man. g. v se de causa ipsa intromittere non potest

Dignetur. e. s. v. eidez priori iudici uel suo surro-
gato comittere et mandare ut remissionem recipi
at apperiat et ulterius in causa procedat.

Pro interesse.

Item est alius modus ueniendi ad causam pro suo
interesse uideat in hoc sibi expediat quod considera-
re potest si eum iura predicta et probationes in causa facte
plus sibi prosunt quam noceant tunc est quod debeat uenire
pro interesse. et tunc tertius qui uult uenire pro in-
teresse suo. alias melius est quod hinc ad litem nouam
seu nouum iudicium coram eodem uel alio iudice
ut si expediat sibi uenire pro suo interesse uideat
an ipse sit in prima commissione dicti iudicii nomi-
natus in comprehensus. uel sub clausula generali scilicet
ceteri. Et alios sua interesse putantes. et tunc ueniat
coram iudice cum iuribus et articulis suis. et cum in-
ter sit petat partem citari ad primam ad dicendum
contra. et tunc in illo termino petat se admitti in
statu in quo est in causa beneficii. Si uero non sit com-
prehensus in prima citatione et commissione tunc ob-
tineat commissionem in qua petat se admitti pro suo
interesse et producat iura sua seu suos articulos et
obtineat citari partem ad dicendum contra et petat
admitti ut supra. Quid autem operatur generalis clausula
que ponitur in commissione scilicet et alios sua inter-
esse putantes. dico quod sua interesse putantes non
tenentur uenire licet possent uenire ad causas nisi
citatus sit in specie ac nominatus secundum formam clausule.

de elec. et tunc preiudicat sibi inia. Et circa hoc
nota quod si una uel due inie contra possessorem late-
sint et alius uenit pro suo interesse non propterea
impeditur causa si sit expediabilis inter priores par-
tes quin expediatur et etiam fiat executio nisi pos-
sessio fuisse vacans. uel ille qui uenire pro suo inter-
esse docet et se possidere uel in commissione pro qua
uenit pro suo interesse sit clausula quod causa inter
omnes partes simul et semel ac si unico contextu
eademque inia terminetur. et tunc etiam requiritur
signatura quod admittat et procedat ut petitur. et
similiter sit cautus in dictando et recipiendo com-
missionem in tali forma. tenet modo practica Rote quod
utroque casu detur iurisdiclio. quod tamen creditur
esse contra. ff. siue cle. si de beneficio si de prebenda.
et ad tollendum dubium pone clausulam illam in principio
In causis criminalibus.

In causis criminalibus per duplicem uiam scilicet
accusationis inquisitionis denuntiationis et excep-
tionis. si per uiam accusationis si talis est causa quod
ueniat aliqua corporalis pena imponenda illa non
potest tractari per procuratorem. sed est tractanda per
sonaliter nisi illa principalis persona sit in carceri-
bus detenta. Si uero aliqua alia pena fuerit imponenda
tunc tractari potest per procuratorem. et dandus est
libellus ut in eo sint expressa crimina exprimendus
est locus. et locus loci. annus. mensis. sed non requiritur
dies in quo libello ponenda est inscriptio accu-

*Processus per uiam
Accusationis*

per uiam Inquisitionis

denuntiatio

Exceptionis

fatoris libellantis ad penam talionis sic actor potest illam pati alias ad penam extraordinariam et ad arbitrium boni uiri et ante inscriptionem non dicitur reus conuentus respondere libello et in talibus casibus per accusationem seruandi sunt termini ut in prophetis secundum ordinem prout supradictum est quia tunc talis causa non dicitur beneficalis. Si per uiam inquisitionis et hoc fit dupliciter aliquando ad instantiam partis et tunc procedendum est sicut in accusatorio aliquando ex officio et tunc iude x habet deputare aliquem inligatorem uel procuratorem officii et tunc primo est inquirendum de infamia que si probatur procedendum est ulterius ad cognitionem ueritatis. 2. in istis casibus inquisitionis ex officio proceditur summarie non seruando terminos carum prophetarum. Si per uiam denuntiationis quia de illis non est ad propositum tunc illa est preparatoria ad inquisitionem que fieri potest dupliciter ut supra. Si per uiam exceptionis que fit cum agitur de confirmanda electione uel instituendo presentatum uel inducendo pium in possessionem tunc per modum exceptionis danda sunt crimina et tunc requiritur specificatio ut supra. Et ideo sit cautus procurator excipiens uel articulator in tali materia uel articulet crimina et quod illis addat quod illa erant notoria et petens possessionem beneficii de illis erit notorie infamatus.

Super notorio.

In causis in quibus tanquam super notorio proceditur

post citationem ad dicendum contra commissionem dandi sunt articuli super notorio et pars citabitur ad dicendum contra articulos et deinde ferenda est sententia nec aliqua observatio terminorum requiritur. De prima instantia ut si in partibus uel per auditorem camere lata est sententia.

Item notandum est quod ubi in prima uel secunda instantia in partibus uel per auditorem camere lata est sententia tunc in causa appellationis que committitur in rota uel extra alicui apostolico commissario seruandi sunt termini sicut in prima instantia. Item quando grauamen uel interlocutoria uel per uiam appellationis causa commissae est alicui auditori tunc ille auditor potest inhibere auditori camere uel etiam alteri commissario in curia uel extra sed non coauditori suo uel alicui deminorum Cardinalium quia illis non inhibetur nisi seruatis terminis in appellatione a grauamine uel interlocutoria seruati solitis de quibus supra et tunc in termino ad impugnandum et iustificandum citari potest pars illa in termino seruato ad iudicandum inhiberi ad statim et tunc parte uocata debet decerni inhibitio.

De materiis obiectiuis.

Item nota quod materie obiectiue quando dantur principaliter per uiam positionum et articulorum et semper dande sunt in termino substantiali ad dicendum contra producta ad tardius licet antedari

possint per modum exceptionum contra iura alterius partis semper dari possint in termino ad hoc statuto. 2. tales materie obiective quales sunt in pugnans ius proprium 2. sunt specificande in tempore et loco et in aliis circumstantiis sicut supra in libello accusationum.

Appellatio a diffinitiva.

Item nota qd quando appellatur a diffinitiva non oportet exprimere aliquam causam in appellacione. Idem quando appellatur a sententia habente vim diffinitive ut est sententia super attemptatis super desertione. super nullitate. et plures qui non expectant diffinitivam post se.

Circa probationem dilatoriam.

Item circa dilatoriam probationem et al's que dantur in causa est sciendum. qd si aliquis convenitur in Ro. Cu ita qd ipse presens est quando causa committitur tunc nisi causa prius sit devoluta ad curiam per appellacionem aut ipse est legatus aut nuntius alicuius domini tunc habet ius revocandi domum nisi conuerteretur super contractu facto illo tempore quo nuntius fuit. al's datur sibi tempus siue inducie ad habendum iura et defensiones de partibus. interim supersedetur in causa 2. illud tempus datur magnum vel parvum secundum distantiam loca Ro. Cu. a loco domicilii illius qui convenitur. Et nota qd illa dilatio ad habendum iura non

solum datur ad habendum iura ipsius rei. sed etiam ipsi actori datur ad habendum informationem et defensionem contra iura partis sibi aduerse. 2. ideo sepius videtur practica. qd non obstante qd actor dicebat se velle confiteri gratiam processum acceptationem et provisionem et alia iura rei. Nihilominus rec dabitur inducie si ipse allegabat se velle habere informationem et defensionem contra iura partis aduerse et in hoc sit cautus procurator ut sic petat. Item non circa dilatorias probationes nota omnes probationes iudiciales sunt arbitrate per auditorem vel iudicem preterquam quando exripitur de excoicatione cum ibi iura dant terminum octo dierum 2c. aliquando dantur decem. aliquando plures aliquando pauciores secundum quod placet iudici.

Occasione hereditatis.

Item est notandum qd si velis aliquem convenire occasione hereditatis antequam porrigas libellum unam parvam facias petitionem seu interrogacionem in qua contineatur qd iudex interroget an sit heres defuncti cuius nomine convenitur. et an sit solus vel pro parte et qua parte. Item quando aliquis convenitur rei vindicatione vel quacunque actione reali semper si pars rea est presens in curia facias eum interrogari an possideat et teneatur respondere et istud multum relevabit te. Si quis enim convenitur possessor alicuius rei licet ipse patiatur iudicium ex hoc non potest condemnari ut possessor.

nec ad dimittendum possessionem nec in fructibus nisi probetur possessor. Et istud nota quia sepius uenit in practica. 2 multi in hoc errare solent. et hoc idem tenet specu. in ti. de inter. ga. que fiunt ante litem contestatam.

Super spolio.

Item nota qd si aliquis super spolio beneficii siue possessio recuperando agit aut in causa pphana tunc non est necesse qd producat aliquem titulum sed sufficit qd probet se possedisse et alium nunc possidere. In causa uero beneficii uel matrimoniali uel alia in qua non potest haberi possessio oportet qd agens producat titulum suum et uerificet illum secus si beneficiatus non dicat se spoliatum beneficio sed fructibus beneficii in toto uel in parte aut aliquo iure sui beneficii requiritur qd producat titulum sed sufficit qd probet se possidere beneficium cuius nomine agit. Et nota etiam circa hoc qd in causa spoli ubi ius commune facit pro teo et contra actorem licet etiam non sit causa beneficii uel matrimonialis oportet qd agens producat titulum suum uel titulum tanti temporis qd hominum memoria in contrarium non existat. et probet. et iste casus est in. c. ad decimas. de restit. spo. li. vi.

Super titulo beneficii.

Item nota qd licet quando agitur super titulo

beneficii siue petitorio siue possessio procedit summarie sine litem contestatione ut supra uisum est secus quando agitur de proprietate beneficii. puta si una ecclesia dicit sibi unam aliam ecclesiam unitam idem si agitur super aliqua re uel iure particulari spectante ad beneficium. Et circa hoc indubitare qd si unus dicit se habere titulum in beneficio et alius beneficium beneficio quo incorporatur an procedatur summarie ut in causa beneficii al. uel plenarie ut in prophanis. Et si actor agit ut de proprietate beneficii actio sua erit plenaria et seruabuntur termini ut in prophanis. et reconuentione rei poterit esse summaria et deducet principalis suum. 2c.

Cui commissum est aliquod generale procuratorium.

Item sit attentus procurator habens reducere aliquam causam in curia cui commissum est procuratorium generale qd illud non producat in iudicio sed tradat ipsum alicui suo amico qui illo presente tradet illud notario. 2 tunc ipse procurator presens dicat. Ego intelligo me constitutum esse generaliter p. N. ad multas causas et negocia. ego intendo solus onus acceptare in ista causa pendente 2 non in aliis 2c. ac substituo si uoluerit substituere p. testan. qd nihil fiat nisi me uel eis uocatis. 2 ista doctrina ideo datur qd si procurator p se pduceret procuratorium

underetur acceptasse onus quo ad illa contenta in illo nec posset se exonerare. et casus est in Clem. de procuratoribus.

Diffamatio procuratorum.

*nō bonū
dicitur*

Item nota quod nihil est quod magis diffamat procuratores sicut quando ipsi dimittunt deseri appellationes per negligentiam. Et hoc contingit duplici via in appellatione a diffinitiva. primo quia communiter auditores et iudices dant terminos decem dierum ad prosequendum et tunc infra illos decem dies appellans debet facere committi causam alicui iudici vel auditori et facere presentare commissionem quod si hoc non poterit. vel tunc expedit quod vadat ad cancellariam coram notario et habeat commissionem duplicatam. et unam tradat ad manus vicecancellarii vel regentis cancellariam. aliam tradat notario. 2 in absentia vicecancellarii vel regentis ponat eam in capsa ubi tales commissiones ponuntur. aliam vero commissionem notario predicto et faciat fieri instrumentum de diligentia predicta infra decem dies quod si ista non fecerit procurator appellantis deservitur appellatio.

Sublata desertione.

Item commissa causa et sic sublata desertione infra x. dies vel facta protestatione ut supra tunc illud est commune quod in appellationibus a gravamine vel ab interlocutoria ubi nullus terminus prefigitur saltem

in Curia tunc omnes termini debent servari infra annum a die appellationis interpositae. et dari petitio procuratori appellantis ut in deci. rote. C. i. antiquis. Et hoc sufficit nisi protestetur infra annum de diligentia sua videlicet quod petat causam expediri in instanti. primo secundo et tertio. instanter instantius et instantissime. et hanc protestationem subscribat per se in decimo sua et producat in iudicio quia notarii sepe sunt negligentel de scribendo 2c. in secundo fatali et in tertio et in alijs 2c. et nisi termini sunt servati data petitione et facta protestatione huiusmodi appellatio est deserta. et similiter nisi fiat protestatio in secunda instantia. non obstante diligentia predicti primi fatalis et tunc appellatio deservitur et illa est maior verecundia quam procurator possit habere si faciat deseri appellationem. Si vero procurator indiget remissione ad partes in secunda instantia tunc servet terminos et super articulis et exceptionibus datis. vel etiam novis tunc datis si expedit petat sibi decerni remissionem citius quam potest. et det illam petitionem in scriptis quia notarii sepe indebite scribunt. quod si secus fuerit factum protestetur quod non stat per eum sed per iudicem vel partem adversam.

In publicatione dictorum testium.

Item in publicatione dictorum testium hanc teneat procurator cautelam quod quando testes producantur per partem adversam nihil protestetur contra eos sed taceat quousque

per iudicem de consensu partium publicati fuerit
Et si timet ut iudex recipere uoluerit partē con-
tra quam producantur ad dicendum contra eorū
dicta et ipse iudex concludat et sententiā ferat
habeat secum appellationem paratam a non publi-
catione et prefixione termini huiusmodi.

de modo deuoluēdi cām per appellatōz
in partibus interpositam ad Curiam.

Item sciendū est qd si appellatio interponatur
in partibus in presentia partis id est partis appel-
late uel ipsius legitimi procuratoris tunc cā eorum
est deuoluta dūmō super hoc appareat publicum
instrūm confectum et constet de mandato procu-
ratoris sed si appellans presentiam appellati habe-
re nō poterit circa appellationem interpositā. ac
ut cā bene deuoluatur seruabit appellans hunc mo-
dū uidelicet qd faciat suam appellationē in scriptis
in bona forma qua facta accedat ad notariū publi-
cum in p̄sentia testiu et legat appellationē h̄mōi
de uerbo ad uerbū et lecta h̄mōi appellatōe petat
instanter instantius et instantissime ap̄os sibi da-
ri si est aliquis qui uelit dare. p̄testando qd si p̄tis
appellate p̄sentiam comode habere possit eidem
intimaret et insinueret appellationē. et sup hoc
petat publicum instrūm. et hoc facto idē appellans
tenetur intimare et insinuare huiusmodi appella-
tionē parti appellate seu eius procuratori si ipsoz
aut alterius eoz p̄sentiam comode habere possit.

nō Contelas

infra mensem post interpositōz p̄dicte appellatōis
uel post mensem q̄ totius p̄ot. et in insinuatōe h̄mōi
hunc seruabit modū uidelicet qd appellans assumat si
bi notariū publicum et testes. et accedat ad p̄tes
appellate uel ipsius procuratorē ut p̄mittitur. ali-
oqui p̄testando de ipsoz absentia h̄mōi appellatōz
per ip̄m ante interpositā ut p̄mittitur per nota-
rium publicū legit publicari faciet. et appellato
seu eius legitimo procuratori copiā h̄mōi appella-
tionis tradat requirendo notariū ut sup p̄missis
sibi publicum conficiat instrūm. alioquin si ip̄s
p̄tis rel. p̄curatoris p̄dicti presentiam habere nō
p̄ot. tunc si cā fuerit beneficalis expedit qd in lo-
co beneficii de quo agī uel in loco ubi pars appel-
lata fuerit beneficalia infra missarū solēnia uel q̄n-
cantant̄ hore diei in loco beneficii uel p̄tis appella-
te in p̄sentia beneficiatōz in ipsa per te partē ap-
pellantē uel tuū p̄curatorem uel per notariū pub-
licum legas publice et pars ap̄os petat. nihilomi-
nus si partis appellate p̄sentia haberet ipsi eandē
appellationē insinueret. et sic similiter faciet in
domo partis appellate si comode et tute ad eius
domū accedere poterit. Sin aut in ecclesia cathe-
drali in loco beneficii et in ecclesia parochiali sub
qua degit et moratur. et bonum est affigere copi-
as earundē ad ualuas ecclesiarū et etiam in domo
habitationis appellati et alias adhibere talē dilige-
tiā circa insinuationē h̄mōi appellatōis q̄lis ē adhi-
bēda in executōe citatōis l̄time in p̄tibus fiende.

nō abuz

Et si ps appellans ueluerit prosequi appellationem suam et pars appellata uellet eam prosequi expedit quod ps appellata instet pro copia habenda appellationis sub manu publica notarii scilicet illius qui instrumentum confectum et si ille notarius negauerit sibi tradere illi us copiam accedat ps appellata ad officialem uel ad alium deputatum super hoc potestatem habentem et ille compellat notarium ad tradendum sibi copiam scilicet scilicet tamen sibi producendo et citari faciat partem ad uindendum sibi decerni copiam appellationis.

Item nota quod ad declarandum collat ores ordinarios in partibus incidisse in penas sicut censuras etc. sic proceditur primo non producuntur coram excoecutore deputato in bullis secundo petitur decerni citatio contra ordinarios et eorum procuratores si qui sunt in re et omnes alios sua interesse putantes ad dicendum contra litteras apostolicas et processum in defectu ac requisitione tertio petitur decerni in contumaciam ipsorum nihil dicentium quominus etc. uel dicendum etc. Et illa citatio fit tribus uicibus et ultra quarto ad audiendum se sicut censuras et penas ecclesiasticas in processu contentas incidisse declarari uel dicendum eam quare etc. Semp proceditur per audientiam contradictoriam. Et tunc executor declarat collatores predictos sententias penas et censuras incidisse per sententiam in scriptis in contumaciam ipsorum non comparentium nec dicentium eam quare etc.

Stilus siue Practica Curie finit.

Tractatus de arte Notariatus incipit

Quid sit ars notariatus.	Capitulum Primo.
Quid sit notarius Et unde dicatur.	cap. secundo.
quibus modis notarius appellatur a iure.	. III.
qui sunt et qui debent esse notarii.	cap. III.
Cuius auctoritate notarii conficiuntur.	. V.
que sunt seruanda a notario.	capit. Sexto.
A quibus notarius debet se abstinere.	. VII.
quid sit indictio et unde dicatur.	Octaui.
quid sit Contractus.	capitulum Nono.
quid sit obligatio.	Capitulum decimo.
quid sit consuetudo.	capitulum XI.
quid sit Stipulatio.	cap. duodecimo.
quid sit testamentum.	cap. tertiodecimo.
De diuisione testamenti.	cap. quartodecimo.
qui non possint testari.	cap. XV.
quid sit codicillus.	cap. sextodecimo.
que sit forma codicilli.	cap. decimosextimo.
quis potest facere codicillum.	in eodem.
In quibus differunt codicilli a testamento.	. xvii.
qui testes sunt necessarii in testamento.	. xix.
quando testamentum non ualeat.	. XX.
qualiter partes possunt exhereditare pueros.	. XXI.
qui filii possunt exhereditare parentes.	. xxii.
De instrumento emancipationis.	. xxiii.
de donationibus.	. xxiiii.
de forma testatoris in testamento.	. xxv.
de Arbitrio et eius forma.	. xxvi.

Rom. Adam Rot